

Tractatus quartus cōpendiose multū de Amicitia
differens/in Triā diuiditur capitula.

Capitulum primum Septem continens partes.

Et enī Amicitia probabilis/ q̄ honestatem
cuet. Preferēda sane opib9/ honorib9/ po
testatib9. Honestati vero p̄ferri nō solet.
S3 honestatē sequi. Sualis fuit Jonathe. q̄
pro pietate/nec offensam patris/nec salutis periculū
refugiebat. Sualis fuit Abimelech. qui p̄ hospitalis
gratie officiis/necem potius sui q̄ proditorem fugi
entis amici subeundam arbitrabatur.

Nihil igitur breferendum honestati. que tamen ne
amicitiē studio pretereatur / etiam hoc scriptura ad
monet. Sunt enim plereq; philosophorū questiones.
Vtrum amici causa quisq; contra patriā sentire/ nec
ne/debeat/ vt amico obediat. vtrum oporteat/ vt fi
dem deserat/dum indulget atq; intendit amici cōmo
ditatibus. Et scriptura quidem ait. Claua ⁊ gladi9
⁊ sagitta ferrata sic homo est testimonium dans fal
sum/aduersus amicum suum. S3 cōsidera quid astru
at. Non testimonium reprehendit dictum in amicū.
sed falsum testimonium. Suid enim si dei causa/quid
si patrie cogatur aliquis dicere testimoniū? Nūquid
preponderare debet amicitia religioni/preponderare
caritati ciuium? In his tñ ip̄is requirenda ē veritas
testimonii. ne amicus appetat amici perfidia/cui9 si
de absolui debeat. Amicus itaq; neq; noxiō gratifica
ri debet/neq; innocenti insidiari.

Sane si necesse sit dicere testimoniū/si q̄d in amico
vitii cognouerit/corripere occulte. si nō audierit/cor
ripere palā. Sunt enī bone correptōes. ⁊ plerūq; meli
ores/q̄ tacita amicitia. ⁊ si ledi se putet amicus /

tu tñ corripe. nec verearis. Tolerabilia sunt enim amici vulnera/ q̄ adulantiū oscula. Errantem igitur amicū corripe. innocentem amicū ne deseras.

Constās enī debet eē amicitia/ perseverare ī affectu nō puerili mō/ amicos mutare vaga quadā debemus sententia.

Aperi pect9 tuū amico/ ut fidelis sit tibi. ⁊ capias ex eo vite tue iocunditatem. Fidelis enim amicus/ medicamentū est vite ⁊ immortalitatis gratia.

Refer amico ut equali. nec te pudeat/ ut preuentas amicum officio. Amicitia enim nescit superbiam. Ideo enī sapiens dicit. Amicū salutare nō erubescas. nec deseras amicū in necessitate. nec derelinquas eū. neq; desituas. qm̄ amicitia vite adiumentū est. Ideo onera nostra portemus. sicut apostol9 docuit. Dicit enī his quos eiusdē corporis cōplexa ē caritas. Etenī si amici secūde res amicos adiuvant/ cur nō ⁊ in aduersis amici rebus/ amicoz adiumentū suppetat. Iuuenus cōsilio. cōferamus studia. cōpatiamur affectu. si necesse est/ toleremus etiam propter amicum aspera.

Merunq; inimicitie subeunde sunt/ propter amici innocentiam. Sepe obtreccationes. Si restiteris vel responderis/ cum amicus arguitur ⁊ accusatur/ nec te peniteat huiusmodi offensionis. Iusti enim vox est/ si mala mihi euenerit propter amicū/ sustineo. In aduersis enī/ amicus probat. Nā in p̄speris/ amici oēs vident. Sed ut in aduersis/ amici patientia ⁊ tolerantia necessaria est/ sic in p̄speris/ autoritas cōgrua ē. ut insolentiam extollentis se amici reprimat/ ⁊ redarguat. Nē pulchre in aduersis positus Job/ dicit. Misere mei amici. miseremini. Nō quasi abiecta vox ē sed q̄si censoria. Nā cū iuste arguitur ab amicis/ nō sit

Miseremini mei amici. hoc est / misericordiã debetis fa-
cere. Opprimitis aut̃ vos / ⁊ impugnatis hominẽ / cu-
ius erumnis compati pro amicitia nos oportebat.

Capitulum secundum Nouem habēs partes.

Seruate igitur filii inicitam cum fratribus amici-
tiam quia nihil est in rebus humanis pulchrius.
Solatium quippe vite huius est / vt habeas cui peccata
aperias tuum. cum quo archana participes. cui com-
mittas secretum pectoris tui. vt colloques tibi fidelem
virum / qui in prosperis gratuletur tibi. in tristibus
compatiatur / in persecutionibus adhortetur. Quod bo-
ni amici hebrei pueri / quos a sui amore: nec fornacis
ardentis flamma diuisit. De quo loco (vt supra di-
ximus) bene ait sanctus Dauid. Saul ⁊ Ionathas
speciosi ⁊ carissimi / inseparabiles in vita sua. ⁊ i mor-
te non sunt separati.

Sic est amicitie fructus / non vt fides / propter ami-
citiã destruat̃. Non potest enim homini amicus
esse / qui deo fuerit infidus.

Pietatis custos / amicitia ẽ. ⁊ equalitatis magistra
vt superior ⁊ inferiori se exhibeat equalẽ / ⁊ inferiorẽ su-
periori. Inter dispares enĩ mores / nõ p̃t esse amicitia
Et ideo cõuenire sibi vtriusq; debet grã. Nec autori-
tas desit inferiori si res poposcerit. nec humilitas su-
periori. Audiat quasi parem quasi equalẽ. ⁊ ille q̃si
amicus moneat. obiurget / nõ iactantie studio / sed af-
fectu caritatis. Neq; monitio aspera sit. neq; obiur-
gatio cõtumeliosa. Sicut enĩ adulationis fugitans
amicitia debet esse / ita etiam aliena insolentie.

Quid ẽ enĩ amicus nisi cõsors amoris. Ad quẽ aim
tuũ adiungas / atq; applices / ⁊ ita misceas / vt vnum
velis fieri ex duobus. cui te alteri vt tibi cõmittas.

a quo nihil timeas. nihil ipsi commodi tui causa inho-
nestum petas. Non enim vectigalis amicitia est. sed
plena decoris. plena gratie. Virtus est enim amicitia
non questus. quia non pecunia parit. sed gratia. nec incita-
tione preciorum. sed concertatione beniuolentie.

Denique meliores amicitie sunt in opibus quam diuitibus. et
frequenter diuites sine amicis sunt. quibus abundat pau-
peres. Non est enim vera amicitia. ubi est fallax adulatio.
Diuitibus itaque plerique assentatorie gratificantur. Erga
pauperem nemo simulator est. Verum est. quicquid defer-
tur pauperi. huius amicitia inuidia vacat.

Quid amicitia preciosa. quam angelis ceteris hominibus est.
Vnde et dominus Iesus dicit. Facite vobis amicos de iniquo
mammona. qui recipiant vos in eterna tabernacula.

Ipsae nos deorum amicos ex seruulis facit. sicut ipse ait
Iam vos amici mei estis. si feceritis quae ego precipio vo-
bis. Dedit formam amicitiae. quam sequamur. ut faciamus
amici voluntatem. ut aperiamus secreta nostra amico quicum-
que in pectore habemus. et illis archana non ignoremus.
Vnde dicitur illi peccator nostrum. et ille nobis aperiat suum
Ideo inquit vos dixi amicos. quia omnia quicumque audiui
a patre meo. nota feci vobis. Nihil ergo occultat ami-
cus si verus est. effundit animum suum. sicut effundebat
mysteria dominus Iesus. Ergo qui facit mandatum dei.
amicus est. et hoc honoratur nomine.

Qui est vnanimis. ipse amicus est. quod vnitas ani-
morum in amicis sit. nec quisquam detestabilior. quam qui
amicitiam leserit. Vnde in proditore dominus hoc in
gratissimum inuenit. quo eius condemnaret perfidiam.
quod gratie vicem non representauerit. et conuiuialis ami-
cicie venenum malitiae miscuerit. Itaque sic ait. Tu ve-
ro homo vnanimis dux meus et notus meus.

qui semper mecum dulces capiebas cibos. Hoc est. Non potest sustineri istud. quia vnanimis appetisti eum / qui tibi donauerat gratiam. Nam si inimicus meus maledixisset mihi / sustinuissem utiq; . ⁊ ab eo qui me oderat / absconderem me. Inimicus vitari potest. amicus non potest / si insidiari velit. Illum cauemus / cui non committimus consilia nostra. huc cauere non possumus / cui commisimus. Itaq; ad aceruandam peccati inuidiam / non dicit tu vero seruus meus / apostolus meus / sed vnanimis meus. Hoc est non meus / sed etiam tuus proditor es / qui vnanimum prodisti.

Dominus ipse cum a tribus regibus offensus esset / qui sancto Job honorem non detulissent / ignoscere his per amicum maluit. ut amicitie suffragium / remissio fieret peccatorum. Itaq; rogauit Job. ⁊ dominus ignouit. Profuit illis amicitia: quibus obfuit insolentia.

Capitulum tertium Vnam continens partem.

Hec apud vos deposui filii / que custodiat in animis vestris. Sive / utrum aliquid profectus habeant / vos probabit. Interim copiam multam exemplorum afferunt. Nam prope omnia maiorum exempla / plurima quoq; dicta / his tribus inclusa libris tenentur. ut / etsi sermo nihil deferat gratie series tamen vetustatis quodam compendio expressa / plurimum instructionis conferat.

Ambrosii Doctoris eximii / Officiorum Liber tertius ⁊ ultimus / in quo de honesti vtilisq; comparatione explicatum est / Feliciter finit.